

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 21.
Pagine 812-842.

Proprium de tempore.
Quinquagesima.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMIX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2009.

Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2009.

[Dominica in quinquagesima.]¹

1. **A.** **¶** Dominica in quinquagesima tota dicitur hystoria et festum sancte Agathe differatur in crastinum, et fiat tantum ibi memoria de confessoribus [Vedasto et Amando].²

Feria 3. de sancta Maria et in sabbato dicitur 7. *R̄*. hystorie cum 2. *R̄*. feriali.
2. **A.** **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.

Feria 2. et 3.³ de commemoratione et in sabbato dicuntur responsoria ferialia.
3. **A.** **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.

Feria 2. et 3. de commemoratione.
Feria 4. de jejunio et festum sancti Petri differatur in crastinum.
Sabbato de jejunio cum 1. *R̄*. hystorie et cum 2. *R̄*. feriali.
In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia : in sabbato et in 6. feria dicuntur *R̄*. ferialia. Et tunc ab hac die usque ad inceptionem hystorie *In principio*. accipietur 3. **G.** et inchoetur ad 1. dominicam xl.
4. **A.** **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.

Feria 2. et 3. de commemoratione.
Feria 4. de jejunio et festum sancti David usque ad 6. feriam differatur.
Feria 5. de sancto Cedda episcopo et confessore ix. lectiones de communi : et solennis memoria de jejunio sed non pro penitentibus.
Feria 6. de sancto⁴ David episcopo, omnia de communi unius confessoris et pontificis, memoria de jejunio solenniter : et in sabbato dicitur 1. *R̄*. hystorie cum 2. *R̄*. feriali. [83v.]
5. **A.** **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.

Feria 2. et 3. de commemoratione et memoria de virgine [Perpetua].⁵
Feria quinta, sexta et sabbato de jejunio cum *R̄*. de hystoria, et in sabbato *R̄*. ferie pariter cantentur.
1. **B.** **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria et memoria tantum de festo [Amandi et Vedasti confessorum].⁶

Feria 2. et 3. de commemoratione et in sabbato dicuntur *R̄*. ferialia.
2. **B.** **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.

Feria 2. et 3. de commemoratione et memoria de festo [sancti Valentini]⁷ et *R̄*. ferialia in sabbato cantentur.
3. **B.** **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.

B-21.

Feria secunda de sancta Maria et in sabbato dicuntur \mathcal{R} . ferialia.

In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 6. feria et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In principio*. accipietur 3. \mathcal{A} . pro littera dominicali et inchoetur ad 1. dominicam xl.

4. \mathcal{B} . C Dominica in 1. tota cantetur hystoria.

Feria 2. de sancta Maria.⁸

Feria 3. de sancto David, ix. lectiones, omnia de communi unius confessoris et pontificis. [In anno bissextili differatur in 6. feriam.]⁹

Feria 4. de jejunio et festum S. Cedde differatur in crastinum et fiant ibi ix. lectiones de communi unius confessoris et pontificis.

Sabbato dicuntur \mathcal{R} . ferie.

5. \mathcal{B} . C Dominica in 1. tota cantetur hystoria.

Feria 2. et 3. de commemoratione et memoria de virgine [Perpetua],¹⁰ et in 6. feria dicuntur \mathcal{R} . ferialia.

1. C . C Dominica in 1. tota dicitur hystoria.

Feria 2. et 3. de commemoratione.

Feria 4. de jejunio et nichil de festo [sancte Scolastice]¹¹ nisi memoria ad vespas et ad matutinas de sancta Maria et in sabbato dicuntur \mathcal{R} . ferialia.

2. C . C Dominica in 1. tota dicitur hystoria et memoria de sancto [Valentino].¹²

Feria 2. et 3. de commemoratione et memoria de festo¹³ et in sabbato dicuntur \mathcal{R} . ferialia et nichil de festo iii. lectionum ab hac die usque ad octavas pasche nisi memoria ad vespas et ad matutinas de sancta Maria.

3. C . C Dominica in 1. tota cantetur hystoria.

Feria 3. de sancta Maria.

Feria 4. de jejunio et festum sancti Mathie differatur in crastinum.

Sabbato dicuntur \mathcal{R} . ferialia.

In anno bissextili fiat servitium de apostolo in 5. feria. Et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In principio* accipietur 3. \mathcal{B} . pro littera dominicali et inchoetur ad primam dominicam quadragesime.

4. C . C Dominica in 1. tota cantetur hystoria.

Feria 2. de sancto David ix. lectiones. Oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis.

Feria 3. de sancto Cedda, omnia de communi.

In hac ebdomada nulle fiant commemorationes, in sabbato dicuntur \mathcal{R} . ferialia.

5. **℥**. **¶** Dominica in l. tota cantetur hystoria et memoria tantum de Virgine [Perpetua].¹⁴
Feria 2. et 3. de commemoratione et in sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
Feria 6. de sancto Gregorio, capitulum *Ecce sacerdos*. et solennis memoria de jejunio.
1. **℞**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria et memoria tantum de festo [sancte Brigide].¹⁵ 2. vespere erunt de purificatione et solennis memoria de dominica.
Feria 3. de sancta Maria et memoria de sancto [Blasio],¹⁶ et in sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
2. **℞**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.
Feria 2. et 3. de commemoratione et memoria de festo [sancte Scolastice]¹⁷ et in sabbato dicuntur **℞**. ferialia.¹⁸
Et nota quod a capite jejunii usque ad octavas pasche nichil fiat de festo trium lectionum nisi memoria ad vespere et ad matutinas de sancta Maria.
3. **℞**. **¶** Dominica in l. tota cantetur hystoria.
Feria 2. et 3. de commemoratione et memoria de festo [sancte Juliane].¹⁹
4. **℞**. **¶** Dominica in l. tota dicitur historia et festum sancti Petri differatur in crastinum.
Feria 3. de sancto Mathia : et in sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
Feria 4. de jejunio. In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 5. feria et in 3. feria fiat commemoratio de sancta Maria. Et ab hac die usque ad inceptionem hystorie *In principio*. accipietur 3. **℥**. pro littera dominicali et inchoetur ad primam dominicam quadragesime.
5. **℞**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria et festum sancti David differatur usque ad 3. feriam. 2. vespere erunt de sancto Cedda episcopo et confessore et memoria de dominica.
Feria 2. de sancto Cedda ix. lectiones. Oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis.
Feria 3. de sancto David ix. lectiones, omnia de communi.
Sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
1. **℥**. **¶** Dominica in l. de purificatione : ad utrasque vespere, matutinas et ad missam fiat solennis memoria de dominica.
Feria 3. de sancta Maria et nichil de festo loci.
Feria 2. 6. et sabbato de feriis cum **℞**. hystorie dominicalis per ordinem et missa dominicalis dicitur in 2. feria et **℞**. ferialia pretermittantur et nichil de sancto Blasio

- nisi [memoria] ad matutinas de sancta Maria.
2. **℥**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.
Feria 2.²⁰ et 3. de commemoratione et in sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
 3. **℥**. **¶** Dominica in quinquagesima tota dicitur hystoria et memoria de festo [sancte Juliane].²¹
Feria 2. et 3. de commemoratione.
Feria 6. dicuntur **℞**. ferialia.
 4. **℥**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria. 2. vespere erunt de sancto Mathia : et solennis memoria de dominica.
Feria 2. de apostolo [Mathia].²² Ad 2. vespere fiat solennis memoria de sancta Maria cum ant. *Sub tuam*. 125.
Feria 3. de sancta Maria.
Feria 6. dicuntur **℞**. ferialia.
Sabbato de sancto David ix. lectiones. Oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis. [In anno bissextili differatur in 3. feriam proxime hebdomade.]²³
In anno bissextili in 3. feria de sancto Mathia : et in 2. feria de sancta Maria. Et ab hac die usque ad inceptionem hystorie *In principio*. accipietur 4. **℞**. et inchoetur ad 1. dominicam xl.
 5. **℥**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria : et festum sancti Cedde differatur usque in crastinum.
Feria 2. de sancto Cedda, ix. lectiones de communi unius confessoris et pontificis.
Feria 3. de sancta Maria et in sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
Feria 6. nichil de virgine [Perpetua]²⁴ : nisi tantum memoria ad vespere et ad matutinas de sancta Maria et sic de omnibus festis iij. lectionum usque ad pascha.
 1. **℥**. **¶** Dominica in l. de servitio dominicali. Ad 1. vespere que erunt de purificatione fiat solennis memoria de dominica tantum. Ad matutinas memoria de sancto [Blasio].²⁵ 2. vespere erunt de dominica et solennis memoria de sancta Maria [cum]²⁶ ant. *Sub tuam*. 125.
Feria 2. de sancta Maria.
Sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
 2. **℥**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria et memoria de festo [S. Scolastice].²⁷
Feria 2. et 3. de commemoratione et [in]²⁸ sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
 3. **℥**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.
Feria 2. et 3. de commemoratione et sabbato dicuntur **℞**. ferialia.

4. **℟**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria. 2. vespere erunt de sancto Mathia : et solennis memoria de dominica.
Feria 2. de sancto Mathia. Ad 2. vespere fiat solennis memoria de sancta Maria cum ant. *Sub tuam.* 125.
Feria 3. de sancta Maria et in 5. feria **℞**. ferialia pariter cantentur.
Feria 6. et sabbato de sanctis [David²⁹ et Cedda],³⁰ ix. lectiones. Oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis.
Si fuerit bissextus tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In princípio.* accipietur 4. **℟**. pro littera dominicali et inchoetur ad primam dominicam quadragesime.
5. **℟**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.
Feria 2. et 3. de commemoratione et in sabbato dicuntur **℞**. ferialia.
Feria 5. nichil de virgine [Perpetua]³¹ nisi memoria ad vespere et ad matutinas de sancta Maria. Et sic de aliis festis trium lectionum usque ad pascha.
1. **℟**. **¶** Dominica in quinquagesima tota dicitur hystoria. Vespere erunt de sancta Agatha. Capitulum *Confitebor.* [915]. et solennis memoria de dominica.
Feria tertia de sancta Maria et sabbato **℞**. ferialia pariter cantentur.
2. **℟**. **¶** Dominica in quinquagesima tota dicitur hystoria.
Feria secunda et tertia de commemorationibus et ad vespere in 3. feria que erunt de feria nulla fiat memoria de sancto [Valentino]³² : nisi ad vespere et ad matutinas de sancta Maria et in sabbato dicunt **℞**. ferialia.
3. **℟**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.
Feria secunda et tertia de commemoratione.
Feria sexta dicuntur **℞**. ferialia.
Sabbato de sancto Mathia. 2. vespere erunt de apostolo et solennis memoria de dominica et dicitur completorium de xl.
In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in secunda feria sequente. Et tunc in sabbato dicuntur **℞**. ferialia. Et abhinc usque ad inceptionem hystorie *In princípio.* accipietur 3. **℟**. et inchoetur ad i. dominicam xl.
4. **℟**. **¶** Dominica in l. tota dicitur hystoria.
Feria secunda et tertia de commemoratione.
Feria 5. de sancto David episcopo ix. lectiones, omnia de communi unius confessoris et pontificis : et memoria de jejunio.
Feria sexta de sancto Cedda, novem lectiones, omnia de communi. Sabbato

Dominica in quinquagesima.

dicuntur responsoria ferialia.

5. ⑤. ❶ Dominica in I. tota dicitur hystoria.

Feria secunda et tertia de commemoratione.

Feria quarta de jejunio : et nichil de virginibus [Perpetua et Felicitate]³³ : nisi tantum memoria ad vespervas : et ad matutinas de sancta Maria.

In sabbato dicuntur responsoria ferialia.

¶ *Dominica in quinquagesima.*

[84r.]

Ad [j.] vesp̄eras.

Ant. Benedictus. [352].

Ps. Ipsum. (cxliij.) [352].

Capitulum. (I. Cor. xiiij. [I.])

¶ I linguis hóminum loquar et non hábeam : factus sum velut es
angelórum, charitátem autem | sonans, aut cýmbalum tínniens.

℞. Reverténti Abraham. ij. 820.

Hymnus. Deus Creátor. [357].


℞. Vespertína orátio. [359].

AS:142; 1519:139v; 1531:84r.³⁴


Ant.
I.v.



Um sta-ret * Abra-ham ad ra-dí-cem Mambre,



vi- dit tres pú-e-ros descendétes per vi- am : tres vi- dit,



et u-num a-do- rá-vit. *Ps.* Magníficat. 53*.

[℞.] [Orémus.]³⁵

Oratio.

¶ Reces nostras quésumus Dó- | peccatórum vínculis absolútos, ab
mine cleméter exáudi : atque a | omni nos adversitáte custódi. Per.

¶ *Ad matutinas.*

Invitatorium. Quóniam Deus. 785.

Ps. Veníte. 41*.

Hymnus. Primo diérum. [7].

¶ *In j. nocturno.*

Ant. Servíte. [12].

Ps. Beátus vir. (j.) [12]. [é̄c.]

Ÿ. Memor fui nocte. [24].

¶ *Hac die dominica in primo nocturno et per totam ebdomadam legantur lectiones de Abraham quando de temporali agitur nisi in iiij. feria usque ad Sénuit Isaac.*³⁶

Lectio prima. (Gen. xij. 1.)

Ixit Dóminus³⁷ ad Abram, Egrédere de terra tua, et de cognatióne tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrávero tibi : faciámque te in gentem magnam, et benedicám tibi et magnificábo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicám benedicéntibus tibi, et maledicám maledicéntibus tibi : atque in te benedicéntur

univérse cognatiónes terre. Egréssus est itaque Abram, sicut precéperat ei Dóminus : et ivit cum eo Loth. Septuagínta quinque annórum erat Abram : cum egrederétur de Aram. Tulítque Saray uxórem suam, et Loth filium fratris sui : universámque substántiam quam posséderant, et ánimas quas fécerant in Aram.

AS:142; 1519: 140r; 1531:84r.³⁸

1. Resp.

II.

7097.



O-cú-tus est * Dómi-nus ad Abra-ham di- cens, E-



gré-de-re de terra et de cogna-ti-óne tu- a : et


Dominica in quinquagesima.



ve-ni in ter- ram quam monstrá-ve-ro ti- bi.



†Et fá-ci- am te crés- ce-re in gen-tem mag- nam.



7097a.

∕. Be-ne-dí- cens be-ne-dí-cam ti- bi : et mul-ti-



pli-cá- bo te. †Et fá-ci- am.

Lectio secunda. [Gen. xij. 5.]

ET egressi sunt ut irent in terram Chánaam. Cunque venissent in eam, pertransiuit Abram terram usque ad locum Sychen : et usque ad convállem illústrem. Chananéus autem tunc erat in terra. Apparuitque Dóminus Abram : et dixit ei, Sémini tuo dabo terram hanc. Qui edificávit ibi altáre Dómino qui

apparúerat ei : et invocávit ibi nomen ejus. Et inde transgrédiens ad montem qui erat contra oriéntem Bethel : teténdit ibi tabernáculum suum, ab occidénte habens Bethel, et ab oriénte Hay. Edificávit quoque ibi altáre Dómino : et invocávit nomen ejus. Tu autem.

AS:142; 1519:140r; 1531:84r.³⁹

2. Resp.
VIII.



Evertén- ti * Abra-ham a ce-de quát- tu- or

sar0662.

Dominica in quinquagesima.

re-gum : occúr- rit rex Sa-lem Melchí-se-dech óf- fe-rens
 pa-nem et vi-num. †E-rat e-nim De- i sa-cér- dos.
 sar0662a. †Et be-ne-dí- xit il- li. ✠. Be-ne-díc-tus Abra-ham De- o
 al- tíssimo : qui cre- á-vit ce- lum et ter- ram. †E-rat.
Ad primas vesperas tantum [dicatur post versum].⁴⁰
 ✠. Gló-ri- a Pa-tri et Fí- li- o : et Spi- rí-tu- i Sanc- to.
 †Et be-ne-dí- xit.

Lectio iij. [Gen. xij. 9.]

Perrexítque ⁴¹ Abram vadens et
 ultra ⁴² progrédiens : ad
 merídiem. Facta est autem fames in
 terra. Descendí tque Abram in
 Egýptum : ut peregrinarétur ibi :
 prevalúerat enim fames in terra.
 Cunque prope esset ut ingrederétur
 Egýptum : dixit Sáray uxóri sue, Novi

quod pulchra sis múlier, et quod cum
 viderint te Egýptii dictúri sunt, Uxor
 illius est : et interfícient me et te
 reservábunt. Dic ergo obsécro te
 quod soror mea sis : ut bene michi sit
 propter te, et vivat ánima mea ob
 grátiam tui. Tu autem Dómine
 miserére.

3. Resp.

V.



- dú- xit * Dó- mi- nus Abra- ham fo- ras, et a- it

sar0625.

il- li. †Súspi- ce ce- lum, et nú- me- ra stel- las si

po- tes : ‡Sic e- rit semen tu- um. ✠. Cré- di- dit

sar0625a.

Abra- (b)

ham De- o : et re- pu- tá- tum est il- li ad jus- tí- ci- am.

†Súspi- ce. ✠. Gló- ri- a Pa- tri et Fí- li- o : et Spi- (b)

rí- tu- i Sanc- to. ‡Sic e- rit.

¶ *In ij. nocturno.*

Ant. Bonórum meórum. [25].

Ps. Consérva me. (xv.) [25].

✠. Média nocte. [33].

¶ *Medie lectiones de sermone beati Johannis episcopi : ex fide⁴⁴ Abrahe et immolatione Isaac. (De sermone 33. de fide Abrahe &c.)*

Lectio quarta.

Fides est religionis sanctissime fundamentum : charitatis vinculum, amoris subsidium. Hec sanctitatem firmat, castitatem roborat : dignitates exornat. In pueris splendet, in juvenibus floret : in provectis apparet. Gubernat sexus, gradus provehit : officia cuncta custodit. In paupere grata est, in mediocri leta : in locuplete honesta. Fides amicitias servat, collegia copulat : artes commendat. Nullum despicit, nullum contemnit : nulli deest, nisi qui ei forte defuerit. Fides mandata tenet, precepta servat : promissa consummat. Fides familiares efficit Deo : amicos constituit Christo. Neque enim quisquam fidei promissa percipiet nisi professionem actibus servet, nec premiorum potest compos existere, qui promissam fidem noluerit conservare : ut jam aut implata fidei merces homini repensetur, aut violata pena competens tribuatur. Hujus


[84v.]

fidei ab Abraham ducamus exordium qui cum in occidua constitutus etate filium a Deo promissum se crederet accepturum : et fidei precium in filio conspexit : et in stellarum numerum suam sobolem redundantem fide eadem comparavit. Denique unus Abrahe filius exoptatur : et immensa ei multitudo promittitur. Solatium unius heredis conquiritur : et innumerabilis soboles destinatur. Nescis inquit Dominus, nescis Abram, quid destinatum sit tibi. Sed idcirco nescis : quia quid merearis non respicis. Tantum enim de me tua meruit fides, tantum tua obsequia valuerunt : ut et quid desideres noverim, et facere quod mereris decreverim. Namque tibi nascetur filius cujus semen diffundetur in milia : ut similitudini syderum coequetur et arene immensitatibus comparetur. Tu autem Domine miserere.

AS:143; 1519:140v; 1531:84v.⁴⁵

sar0621.

4. Resp.
VIII.



I-xit au- tem * Dó-mi-nus ad A- bra-ham, Ego

Dominica in quinquagesima.

[4]



sum et pactum me- um te cum : sancti- fi- cé- tur
 in vo- bis omne mascu- lí- num. †Et e- rit sig- num in-
 ter me et semen tu- um. ✠. Ex te namque egre- di-
 é- tur : in quo omnes gen- tes be- ne- di- cén- tur. †Et e- rit.

sar0621a.

Lectio quinta.

Credo inquit Abraham Dómine
 credo quia potes : factúrum te
 confido quod spondes. Nec enim
 conféctam senectútem marcescéntis
 mee etátis consídero, aut Sare cón-
 jugis stérilem effétámque conditi-
 ónem atténdo : sed tue majestátis
 poténtiam tracto. Nec cui tália
 promittántur sed a quo promittántur
 agnóscó. Generáre enim filios senílis
 etas non pátitur : sed tua Dómine
 jussióne complétur. Stériles filios
 habére non possunt : sed hoc illos
 posse tue virtútes efficiunt. Natúra
 quidem negat : sed poténtia ímperat.


Etas próhibet : sed tua potéstas
 osténdit. Impossíbile quidem istud
 vidétur nobis, non tibi : hómíni, non
 tue Dómine majestáti. Natúre non
 Deo : servis non Dómino. Unde
 credo Pater, credo Dómine istud te
 factúrum esse quod dicis : quia his
 virtútibus cunctis géntibus innotéscis.
 Tunc Sara concépit in útero : et
 péperit filium multárum géntium
 patrem destinátum. Násцитur Ysaac
 ornáméntum géneris, paréntum glória,
 propinquórum letícia, familie decus,
 hereditátis spes, fidei précium :
 promísse sóbolis testimónium. In

cujus nativitate et Dominus promissum reddidit : et Abraham votum quod optavit accepit. Gaudent omnes, cuncti letantur. Fit enim Isaac dulcis cum nascitur : dulcior cum nutritur. Nec enim poterat esse non dulcis, quem et patris fides condierat : et propria innocentia commendabat. Fit et Sara ex sterili mater fecunda in filio : fecundior futura ex ipso. Redit juvenus in senem, marcens etas reparatur in juvenem : et manente senectutis etate, juvenilia geruntur a matre. Denique blanditur nutrit et lactat : et consequentia complet officia que jam forsitan oblivisceretur, si suo tempore Sare parere concederetur. Tunc locutus est Dominus ad Abraham dicens, Accipe filium tuum quem diligis Isaac : et vade in unum montium et offer michi illum sacrificium. Mox Abraham tam

celeriter decernit jussis celestibus esse parandum : quam fuerat divinitus imperatum. Verebatur enim ne votum mora offenderet : aut jussionem tarditas impediret. Denique properat quod jussum est perficere : festinat quod preceptum est adimplere. Fuit enim letus cum acciperet : letior cum eum immolandum Dominus postularet. Ostendit Abraham charissimum quidem sibi esse filium : sed multo chariorem filio existere Dominum. Nec dulcedinem aut affectus pignoris respiciebat : qui jussionem ut perficeret cogitabat. Totos enim affectus convertebat in Deum : cui se jam noverat mancipatum. Denique illam fidem servavit in se, cum filium juberetur offerre : qua Dominum promeruerat cum eum mereretur accipere.

AS;144; 1519:141r; 1531:84v.⁴⁶

6563. 5. Resp. I.




Um sta-ret A-bra- ham * ad ra-dí- cem Mam-
bre : vi- dit tres pú- e- ros descendentes per

Dominica in quinquagesima.



vi- am. †Tres vi- dit et u- num a-do- rá- vit.



6563c.

∕. Cunque vi-disset e-os, cu-cúrrit in occúr-sum il-ló-



rum a-dó- rans Dó-mi- num. †Tres.

Lectio vi.

[85r.] **A**dest Isaac patris quidem etáti
dissímilis : sed fide ac devotióne
equális. Adest, inquam Isaac, qui si
quid pater dispóneret, ipse fieri
libénter optáret. Ita enim filius páruit
patri, et pater divíne obtéperat
jussiáni : ut de consénsu filii pater
secúrus existeret, et voluntáti patris
sese filius mancipáret. Erat enim in
utrísque unus ánimus, par sensus, et
símilis circa Deum afféctus : ut
generositátem patris in filium trans-
fúsam conspíceres, et innocéntiam filii
patri non deesse vidéres, ut et patérne
fidei párticeps filius existeret, et
simplicitáte filii patris sublímitas
redundáret. Qua securitáte Abraham
fretus sternit ásinam, sibi ad
sacrificium ligna concídit : púeros
secum addúcit. Cunque ad civitátem

veníssent, estóte istic inquit : ego et
puer iste íbimus soli, et cum
adoravérimus Dóminum revertémur
ad vos. Statim pater cum filio
proficiscitur solus. Ad quem idem
filius, Pater (inquit) ligna vídeo,
cultrum et ignem conspicio : hóstiam
quam immolatúrus es quero. Désine
inquit désine istud quérere fili, quod
sibi Dóminus ad horam procurávit⁴⁷ :
désine quérere quod sibi Dóminus
jam próvidit. Magnum preságium
promitténtis : magna innocéntia in-
quiréntis. Isaac hóstia, de hóstia
patrem intérogat : sacrificii efféctus
desíderat. Ovis ab eo que déerat
quératur : ne ipse qui lóquitur
immolétur. Ast ubi ad locum ventum
est : utérque montem ascéndit. Aram
pater extrúxit, ligna compósuit :

filium colligávit. Patére me (inquit) fili, patére votum perficere : patére inquam per te jussiónem Dómini adimplére. Deus enim qui te cóndidit expetit, qui dedit querit : qui te creávit, te sibi desíderat immolári. Non est enim hoc parricídium, non est crudelitátis admíssum : quia votum est. Nec tibi fili a genitóre mors miseránda infértur : sed utrisque nobis salúbriter providétur. Tanto eris acceptábilis hóstia : quanto libénter glorióse mortis excéperis beneficia. Quod jussus es pater pífice (inquit :) quod dispónis instánter adímple. Ego enim nec rénuo nec recúso, quod volúeris volo : quod exóptas exópto, quod desíderas et ipse desídero. Dénique istam mortem eo voto excípio : quo te michi eam inférre velle cognósko. Hec et si utérque non dixit : tamen cuncta ista in actu osténdit. Mox pater exténsa manu gládium sumit, dexteram érigit juguláre filium, sacrificium perficere : jussa Dómini vóluit devótus implére. Et pendente jam atque imminente mucróne : parce (inquit) Dóminus⁴⁸ parce : fidem tuam quesívi, non filium ut juguláres optávi, nec amábile pignus tibi subtráhere, sed devotióne tuam

vólui pertentáre. Nunc cognóvi quia amas Dóminum magis quam filium, immo magis amas filium, quia díligis Dóminum : quia dum non pepercísti filio propter Deum, eúndem tecum constituísti Dómino gloriósum. Quare te benedictiónibus cúmulem : et infinitam filiórum multitudínem ex eo tibi proveníre confirmem. Statim procurátur áries : qui pro Isaac sanctíssimo mererétur occídi. Nec enim fas erat, ut Isaac qui typum Christi portábat a patre hoc in témpore mactarétur : quia perfécta sacrificii hóstia Christo Dómino servabátur. Procurátur inquam áries qui pro Isaac mererétur occídi : ut et promíssum patris de hóstia complerétur, et perfécto sacrificio patri Isaac incólumis redderétur. Tunc utérque letus de monte descéndit. Pater, quod sacrificii votum filio salvo perfécerit : filius, quod jussa patris libénter optásset. Gaudet de patre filius : de filio pater. Gaudent propínqui : família cuncta letátur. Gaudent, inquam, quod et opus tantum perféctum sit, et quod patrem cum filio incólumes illis Dóminus revocáverit : qui vivit et regnat Deus per ómnia sécula seculórum amen.

Dominica in quinquagesima.

AS:144; 1519:141r; 1531:85r.⁴⁹

6. Resp.

I.



La-mor * inquit Dó- mi-nus Sodo-mó-rum

et Gommór-re ve- nit ad me. †Des-céndam et vi-

dé- bo u-trum clamó-rem ó- pe-re com- plé-

ve- rint. ⁊. Abra-ham sta-bat co-ram De- o et a- it,

Absit a te Dó-mi-ne : ut perdas jus-tum cum ím-pi- o.

†Des-céndam. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-

rítu- i Sanc- to. †Des-céndam.

sar0612.

sar0612a.

¶ *In iij. nocturno.*

Ant. Precéptum Dómini. [34].

Ps. Celi enarrant. (*xviiij.*) [34].

℣. Exaltáre Dómine. [40].

[*Evangelium*]⁵⁰ *secundum Lucam xviiij.* [31-43.]

[*Lectio vij.*]



IN illo témpore. Assúmpsit Jesus duódecim discí-pulos suos secréto et ait illis, Ecce ascéndimus Hiero-sólímam, et consummabúntur ómnia que scripta sunt per prophé-tas de Fílio hóminis. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape.

[*Omelia 2.*]⁵¹

Redémptor noster prévidens ex passióne sua discipulórum áni-

mos perturbádos : eis longe ante et ejúsdem passiónis penam, et resur-recciónis sue glóriam predíxit, ut cum moriéntem sicut predíctum est [85v.] cérnerent, étiam resurrectúrum non dubitárent. Sed quia carnáles adhuc discí-puli nullo modo valébant cápere verba mystérii : venítur ad miraculum. Ante eórum óculos cecus lumen récipit : ut qui celéstis mystérii verba non cápèrent : eos ad fidem celéstia facta solidárent. Tu autem.

AS:144; 1519:141v; 1531:85v.⁵²

sar0605.


7. Resp.
VIII.




- it au-tem * Abra-ham ad Dómi-num, Ob-

sécro Dó-mi-ne mi, non dé-le-as omnem lo-cum prop-

Dominica in quinquagesima.



ter jus- tos de- cem. †Respóndit Dó-mi-nus De- us,



sar0605a.

Non de-lé-bo propter de- cem. ⁊. Ne que-so Dó-



mi-ne i-ras-cá-ris si loquar se-mel, quid fá-ci-es si invén-



ti fú-e- rint de- cem. †Respóndit.

Lectio viij.

Miracula autem Dómini et Salvatóris nostri sic accipiéndasunt, fratres mei : ut et in veritate credántur facta, et tamen per significatióem nobis áliquid ínnuant. Opera quippe ejus et per poténtiam áliud osténdunt : et per mystérium áliud loquúntur. Ecce enim quis juxta hystóriam cecus iste fúerit ignorámus : sed tamen quid per

mystérium signíficet nóvimus. Cecus quippe est genus humánus, quod in parénte primo a paradísi gáudiis expúlsum, claritátem supérne lucis ígnorans, damnatiónis sue ténebras pátitur : sed tamen per Redemptóris sui preséntiam illuminátur, ut intérne lucis gáudia jam per desidérium vídeat, atque in via vite boni óperis gressus ponat. Tu autem.

AS:145; 1519:141v; 1531:85v.⁵³

8. Resp.
II.



sar0606.

S-céndens * er- go De-us ab Abra-ham plu- it

Dominica in quinquagesima.

ig- nem et sul-phur su-per Sodo-mam. †Abra- ham ma-ne
 consúr-gens ste- tit, et e- vér- sas ur-bes a lon- ge
 conspé-xit. *℣.* Re-cordá-tus est De-us Abra-ham : et li-
 be-rá-vit Loth de subversi- ó-ne Só-dome. †Abra- ham.

Lectio nona.

Otándum vero est, quod cum Jesus Hiérico appropinquáre dicitur : cecus illuminátur. Hiérico quippe interpretátur luna. Luna autem in sacro elóquio pro deféctu pónitur carnis : quia dum ménstruis moméntis decrésceat, deféctum nostre mortalitátis désignat. Cum ígitur Cónditor noster appropínquat Hiérico, cecus ad lumen redit : quia cum divínitas deféctum nostre carnis suscepit, humánum genus lumen quod amíserat recépit. Unde enim Deus humána pátitur : inde homo ad

divína sublevátur. Qui videlicet cecus recte et juxta viam sédere : et méndicans esse describitur. Ipsa enim Véritas dicit, Ego sum via. Qui ergo etérne lucis claritátem nescit : cecus est. Sed si jam in Redemptórem crédidit : juxta viam sedet. Si autem jam crédidit, sed ut etérnum lumen recípiat rogáre dissímulat atque a précibus cessat : cecus quidem juxta viam sedet, sed mínime méndicat. Si vero et crédidit et exórat : et juxta viam sedet cecus et méndicat.

AS:145; 1519:142r; 1531:85v.⁵⁴

9. Resp.

II.




7762.

En-tá- vit * De- us Abra- ham et dix-it




ad e- um, Tol- le fi-li- um tu- um quem dí-



li-gis I-sa- ac : et óffe-res il-lum michi in ho-lo-



cáu-stum. †Su-per u-num mónti- um quem díx- e-ro



7762a.

ti- bi. ✠. Immo-la De-o sacri-fí- ci- um lau-dis : et




redde Altíssimo vo-ta tu- a. †Su-per.

✠. Gloria Patri. 93*. †Super.

*Feriale responsorium.*⁵⁵

AS:146; 1519:142r; 1531:85v.⁵⁶

Resp.
II.




6098.


Nge-lus Dó- mi- ni * vo-cá- vit Abra-ham

Dominica in quinquagesima.


6098b.




di- cens. †Ne extén- das ma-num tu- am su-per pú-



e- rum : e- o quod tí- me- as Dó- mi-num. ⁊. Cunque




extendísset ma-num ut immo-lá-ret fí-li- um : ecce



ánge-lus Dómi-ni cla- má-vit di- cens. †Ne.

AS:146; 1519:142v; 1531:85v.⁵⁷

6420. Resp. VIII.

E- us dómi-ni * me- i Abra-ham. †Dí-ri- ge vi-



as me- as. ‡Ut cum sa- lú- te re-vértar in do-mum

6420a.




dó- mi-ni me- i. ⁊. De- us in cu-jus conspéctu



ambu-la-vé-runt patres me- i : Dómi-ne qui pascis me a

Dominica in quinquagesima.



ju-ven- tú-te me- a. †Dí-ri- ge.

∅. Glória. 95*. ‡Ut cum salúte.⁵⁸

[*Ante laudes.*]


∅. Excélsus super omnes gentes Dóminus. [44].

¶ *In laudibus.*

AS:146; 1519:142v; 1531:85v.

1. Ant.

II.i.




1548.

- vér-te * Dó-mi-ne fá-ci-em tu- am a pec-



cá-tis me-is : et omnes i-niqui-tá-tes me-as de-le.



Ps. Miserére. (l.) [173].

AS:146; 1519:142v; 1531:85v.⁵⁹


2. Ant.

VI.



2892.

Or-ti- túdo * me-a et laus me-a Dómi-nus : fac-




tus est michi in sa- lú-tem. *Ps. Confitémini. (cxvij.)* [95].


AS:147; 1519:143r; 1531:85v.⁶⁰

3. Ant.
VII.i.

sar0061.



N ma- tu-tí- nis * Dó-mi-ne me-di- tá-bor in te :




qui- a fac-tus es ad-jú-tor me-us. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].


AS:147; 1519:143r; 1531:85v.⁶¹

4. Ant.
VI.

sar0019.



Ene-di-cá-mus * Pa-trem et Fí-li- um in sé-cu- la,




cum Sancto Spí-ri-tu. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].


AS:147; 1519:143r; S1531:85v.⁶²

5. Ant.
IV.i.

sar0069.



U- ve-nes * et vír- gi-nes se-nes cum ju-ni-



ó- ri-bus laudent nomen Dómi-ni. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.*) (*Éc.*) [49].

Capitulum. Si linguis. 8r8.

Hymnus. Eterne rerum. [52].

Ŷ. Dómine refúgium. [54].

AS:147; 1519:143r; 1531:85v.⁶³

Ant.
VIII.i.



C-ce ascéndimus * Hie-ro-só- limam : et consu-



ma-búntur ómni- a que scripta sunt per prophé-tas de



fí-li- o hómi-nis. *Ps.* Benedíctus. 68*.

Oratio. Preces nostras. 818.


¶ *Ad primam.*

AS:147; 1519:143r; 1531:85v.⁶⁴


Ant.
I.v.



- ter fa-ci- énte * Je- su dum ambu-lá-ret Hié-ri-cho :





ce-cus ad e-um clamá- bat ut lumen re-cí-pe-re me-re-



ré-tur. *Ps.* Deus Deus meus réspice. (xxj.) [91].

¶ *Ad iij.*

AS:147; 1519:143v; 1531:85v.⁶⁵

5172. Ant. I.i. 
 Ranse-únte Dómi-no * clamá-bat ce-cus ad e-um,



mi-se-ré-re me- i fi- li Da-vid. *Ps.* Legem pone. (*cxviiij. iij.*)



[132].


Capitulum. Si linguis. 8r8.

Responsoria et versus sicut in dominica in lxx. ad omnes horas dicuntur.

¶ *Ad vj.*

AS:147; 1519:143v; 1531:85v.⁶⁶


1752. Ant. VII.i. 
 E-cus se-dé- bat *se-cus vi- am, et clamá-bat,



Mi-se-ré-re me- i fi- li Da-vid. *Ps.* Defécit in salutáre. (*cxviiij. vj.*)

[141].

Capitulum. (1. *Cor. xiii.* [4.])

 Háritas pátiens est, benígna est : chárítas non emulátur, non agit		pérperam, non inflátur, non est ambitiósa, non querit que sua sunt.	[86r.]
---	--	--	--------

¶ *Ad ix.*


AS:147; 1519:143v; 1531:86r.⁶⁷

Ant.
I.v.



E-cus ma-gis * ac ma-gis clamá-bat : ut e-um

1751.



Dómi-nus il-lumi-ná-ret. *Ps.* Mirabilia. (*cxviij. ix.*) [150].

Capitulum. (1. *Cor. xiiij. 5.*)

¶ Háritas non irritá-tur, non | super iniquitá-te : congáudet autem
Cógitat malum, non gaudet | veritá-ti.

¶ *Ad [ij.] vesp̄as.*

Ant. Sede a dextris. [311].

Ps. Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

Capitulum. Si linguis. 818.

Hymnus. Lucis Creátor ótime. [316].

Versus. Dirigá-tur. [317].

AS:148; 1519:143v; 1531:86r.⁶⁸

Ant.
I.v.



Tans autem Je-sus * jussit ce-cum addú-ci ad se :

5015.



et a- it il-li, Quid vis fá-ci- am ti-bi ? Dómi-ne ut

Dominica in quinquagesima.

ví-de-am : et Je-sus a- it il-li, Réspi-ce, fi-des tu-a te
salvum fe-cit : et confés-tim vi-dit, et seque-bá-tur il-lum
magní-fi-cans De-um. *Ps. Magnificat. 53**.

Oratio [Preces nostras.]⁶⁹ *ut supra.* 818.

Feria ij. v. vj. et sabbato : dicuntur responsoria ad matutinas secundum ordinem nocturnorum historie dominicalis, ita tamen quod responsoria ferialia non omittantur.

¶ *Feria ij.*

Lectio j. (Gene. xij. 14.)

GUm itaque ingressus esset Abram Egýptum, viderunt Egýptii mulierem quod esset pulchra nimis : et nunciaverunt principes Pharaóni et laudaverunt eam apud illum : et sublata est mulier in domum Pharaónis. Abram vero bene

usi sunt propter illam. Fueruntque ei oves et boves et ásini : et servi et familie et caméli. Flagellavit autem Dóminus Pharaónem plagis máximis et domum ejus : propter Saray uxórem Abram.

Lectio ij. [Gen. xij. 18.]

VOcavitque Phárao Abram : et dixit ei, Quidnam est quod fecísti michi ? Quare non indicásti michi quod uxor tua esset ? Quam ob causam dixísti esse sorórem tuam, ut tóllerem eam michi in uxórem ? Nunc igitur ecce conjunx tua : áccipe eam et vade. Precepítque Phárao

super Abram viris : et deduxerunt eum et uxórem illíus, et ómnia que habébat.

Ascéndit ergo Abram de Egýpto, *(Cap. xiiij.)* ipse et uxor ejus et ómnia que habébat, et Loth cum eo : ad austrálem plagam. Erat autem dives valde : in possessióne auri et argénti. Tu.

Lectio iij. [Gen. xiiij. 3.]

REversúsque est per iter quo vénerat a meridie in Bethel, usque ad locum ubi prius fixerat tabernáculum inter Bethel et Hay, in loco altáris quod fécerat prius, et invocávit ibi nomen Dómini. Sed et Loth qui erat cum Abram fuérunt greges óvium et arménta, et

tabernácula : nec póterat eos cápere terra, ut habitárent simul. Erat quippe substántia eórum multa : et non quibant habitáre commúniter. Unde et facta est rixa : inter pastóres gregum Abram et Loth. Eo autem témpore : Chananéus et Phereséus habitábant in terra illa.

AS:148; 1519:144r; 1531:86r.⁷⁰

3776. Ant. VIII.i.

I-se-ré-re me-i * fi-li Da-vid, quid vis fá-ci-am
ti-bi ? Dómi-ne ut ví-de-am. *Ps. Benedíctus. 68**.

¶ *Hac die erunt vespere de sancta Maria cum pleno servitio in crastino si a festo vacaverit, sin autem fiat servitium in secunda feria [precedente].*⁷¹

AS:148.⁷²

2716. Ant. VII.i.

T qui pre-í- bant * incre-pá-bant e-um ut tá-
ce-ret : ipse ve-ro multo ma-gis clamá-bat : mi-se-ré-re
me- i Fi- li Da-vid. *Ps. Magníficat. 67**.

¶ *Feria iij.*

[*In laudibus.*]

AS:148; BL-52359; PEN:64v.⁷³

Ant.
I.i.



Ra-dé-tur e-nim * génti-bus ad il-lu-déndum, et



fla-gel-lándum, et cru-ci-fi-géndum. *Ps.* Benedíctus. 52*.

[*Quando de feria agitur.*]⁷⁴


Ad vesp̄as.

AS:148; 1519:144r; 1531:86r.⁷⁵

Ant.
VIII.ii.



M-nis plebs * ut vi-dit : de-dit laudem De-o.



Ps. Magnícat. 69*.

Oratio ut supra. 818.

Notes, pages 812-842.

- ¹ SB:dxxxi.
² SB:dxxxi.
³ 'Feria iii. de S. Maria et memoria de S. Valentine.' *Directorium* A.D. 1495, 1501. [SB:dxxxi.]
⁴ 'sancta.' 1531:83v.
⁵ SB:dxxxiii.
⁶ SB:dxxxiii.
⁷ SB:dxxxiii.
⁸ 'Mathia.' *Portif.* 1525-6, per incuriam. Cf. Picam de Sexagesima. [SB:dxxxiii.]
⁹ SB:dxxxiii.
¹⁰ SB:dxxxiii.
¹¹ SB:dxxxiii.
¹² SB:dxxxiii.
¹³ *Hoc est*, memoria de festo S. Juliane virginis in feria tertia. *Et sic sepissime.* [SB:dxxxiii.]
¹⁴ SB:dxxxv.
¹⁵ SB:dxxxv.
¹⁶ SB:dxxxv.
¹⁷ SB:dxxxv.
¹⁸ 'Et in Sabbato dicatur septimum R . historie dominicalis cum duobus Responsoriiis ferialibus. In Sabbato ad vespas et ad matutinas B. Virginis, fiat memoria de S. Valentino.' *Directorium* 1495, 1501. [SB:dxxxv.]
¹⁹ SB:dxxxv.
²⁰ 'Feria ii. de festo loci, et memoria de Virgine [Scolastica, et nihil de festo S. Valentini infra XL. contingente].' *Directorium* 1495, 1501. [SB:dxxxvii.]
²¹ SB:dxxxvii.
²² SB:dxxxvii.
²³ SB:dxxxvii.
²⁴ SB:dxxxvii.
²⁵ SB:dxxxvii.
²⁶ SB:dxxxvii.
²⁷ SB:dxxxvii.
²⁸ SB:dxxxvii.
²⁹ In anno tamen bissextili festum S. David erit in Sabbato, et nihil de S. Cedda in hac hebdomada. [SB:dxxxvii.]
³⁰ SB:dxxxvii.
³¹ SB:dxxxix.
³² SB:dxxxix.
³³ SB:dxxxix.
³⁴ In 1519:139v. 'râdicem' is set F.FE.DE.

³⁵ 1519:139v.

³⁶ Gen. xxvij.

³⁷ 'Locútus est Dóminus', 1519:139v.

³⁸ In BL-52359:98v. this responsory appears a fifth lower—without B-flat; 'tibi' is transposed down a perfect fourth; 'te' is set DFD; 'créscere' is set DFDEF.CD.CAGADCBCBABA.

³⁹ In 1519:140r. 'sacérdos' and 'Sancto' are set as follows:



In BL-52359:98v. 'Erat' is set FAC.C; the third 'et' is set AC.

⁴⁰ 1519:140r.

⁴¹ 'Perréxit', SB:dxlii.

⁴² 'ultra' *Chevallon*. [SB:dxlii.]

⁴³ In 1531:84r. and 1519:140v. have 'Súscipe in celum'. 1531:84r. has 'reputátum est ei'. 'illi' appears in *Vulgate*. In 1519:140v. no flats appear in the $\forall\forall$. In 1531:84r. and 1519:140v. the final repeat is back to '†Súscipe in celum'. BL-52359:99r. has no flat at Dóminus'; Abraham' is set C.F.FGAB; 'stellas' is set DFECD.A. BL-52359:99r. has 'Súscipe'. BL-52359:99r. omits 'Deo' and its music; there is no flat at 'justíciam'; the final repetition is to 'Súscipe'. PEN:62r. has no flat at 'Sancto'.

⁴⁴ 1519:104v. 'de fide. '

⁴⁵ In AS:143. this responsory is set a fourth lower, using no accidentals; 'autem' is set BGAG.ED. In 1519:140v. this responsory uses B \flat throughout. In BL-52359:99r. this responsory has no B-flats; 'autem' is set ECD.AG. BL-52359:99r. omits 'tecum' and its music; 'sanctificétur' is set Fe.DC.DE.ECEFG.E; 'omne' is set C.AG; 'signum' is set FEDCDED.E; 'inter' is set GA.AGFGf; 'gentes' appears to be set EDE.E. In PEN:62r. 'masculínus' is set G.A.CCD.C.

⁴⁶ In 1519:141r. 'viam' is set AGFEGAGAB \flat .A; 'tui' is set D.DCFEG. BL-52359:99v. has no flats at 'Abraham' and 'viam'; 'vidit. Tres' suggests that the repetition begins at the first 'tres', but the cue at the end of the verse is to the second 'tres'; the second 'vidit' is set FED.DEDDC; 'vidisset eos cucúrrit' is set G.GA.G G.G G.GA.G. BL-52359:99v. has 'eórum', not 'illórum'. In PEN:62r. 'adorávit' is set A.AGAGFE.DEFEF.ED.

⁴⁷ *Legendum forsán* 'procurabit.' [SB:dxlvi.]

⁴⁸ 'parce (inquit) Dominus' *Chevallon* A.D. 1535. [SB:dxlvii.]

⁴⁹ In 1519:141v. 'tui' is set D.DCFEG. In BL-52359:99v. 'clamor' is set D.DFGEFE; 'Dóminus' is set DAAGFGAGAB \flat .A.A; 'Sodomórum' is set A.GF.G.DFDCC. BL-52359:99v. has 'clamóre'. BL-52359:99v. does not indicate B-flat at 'Dóminus' or at 'ópere'; 'a te Dómine' is set GAF GA GA.AB \flat .A.A; 'Spirítui Sancto' is set FE.DE.DD.C EFDCd.D. PEN:62r. has no flat at 'ópere'; 'Spirítui Sancto' is set FE.DEDC.FEG.EDEFD CD.D.

⁵⁰ 1519:141v.

- ⁵¹ *Gregorii* in Evangelia Lib. I. Homil. II. *Opera* I. 114o. [SB:dxlix.]
- ⁵² In 1519:141v. and BL-52359:100r. 'Dómine mi' is set GFAG.FG.G G. PEN:62v. and WO-160:81 accord with AS:144. In BL-52359:110r. 'delébo propter' is set D.EDCE.ED FGA.AGACCBAG. In PEN:62v. 'justos' is st C.CBAG.
- ⁵³ BL-52359:100r. omits 'Dóminus Deus' and its music; 'Sódomam' is set D.DEFEF.ED; the second 'Abraham' is set A.GFE.GA; 'consúrgens' is set G.FDED.ED; 'et evértas' is set AAG ED.EFe.D; 'longe' is set AGAFGFED.ED.
- ⁵⁴ In AS:145. a natural sign appears at 'filium'. In 1519:142r. and PEN:62v. 'eum' is set DFEFDE.ED. BL-52359:100v. follows AS:145. WO-160:81 has DFEF.ED. In BL-52359:100r. 'Temptávit' is set DFFG.DEFED.ED; the first flat appears after the B in 'Abraham'; 'Abraham' is set A.FAB_bGFD.FDFGGD; 'et dixit' is set FEGA FGAG.FE; 'quem' is set AGA; 'Ysaac' is set FG.EFGGF.F 'holocástum' is set C.D.DDED.ACDC. In PEN:62v. 'diligis' is set FGA.A.FGA.
- ⁵⁵ PEN:63r. includes here the text only (and blank staves) of the \mathcal{R} . *Igitur Abraham de nocte*. This \mathcal{R} . appears in the Appendix with music from the only other known source, WO-160:41r.
- ⁵⁶ In 1519:142r. 'exténdas' appears in the F-clef, implying B_b; yet the clef-change found in AS:146. suggests B₄. BL-52359:100v. transposes the music up a fourth, precluding the flattening of this note. In BL-52359:110v. 'Dómini' is set GAFDF.FGAGA.AG; 'tíneas' is set B_bB_bGF.FGB_bB_b; 'ángelus' is set G.G.GF. In 1519:142r. 'dicens' is set EGFED.ED.
- ⁵⁷ In 1519:142v. 'salute' is set ACBC.CABG.G. In BL-52359:110v. 'mei Abraham' is set A.GF A.CB.CDDC; 'salúte' is set AC.CACG.G; 'domum Dómini' is set GA.G AG.G.GACBABCBA.
- ⁵⁸ PEN:63r. includes here the text only (and blank staves) of the \mathcal{R} . *Dormívit Abraham*. This \mathcal{R} . appears in the Appendix with music from WO-160:41r.
- ⁵⁹ In BL-52359:100v. and PEN:63v. this antiphon appears a fifth lower; there are no accidentals. BL-52359:100v. and PEN:63v. have 'et factus'; 'et' is set F. In BL-52359:100v. 'factus' is set FAB_bAG; 'michi' is set B_bAGFE.
- ⁶⁰ In BL-52359:101r. 'adjútor' is set CA.B.A.
- ⁶¹ In 1519:143r. only 'Spíritu' has a flat. In BL-52359:101r. 'Benedic"amus' is set C.C.DE.EDFE.E. BL-52359:101r. has no flats.
- ⁶² In 1519:143r. 'Dómini' is set DE.E.E. In BL-52359:101r. 'laudent' nomen' is set E.D.E.Dc.
- ⁶³ In 1519:143r. 'scripta' is set C.B. In BL-52359:101r. 'consumabúntur' is set A.AC.G.Fe.F; 'que' is set FA; 'de' is set FD.
- ⁶⁴ In BL-52359:101r. 'clamábat' is set F.GB_bG.A.
- ⁶⁵ BL-52359:101r. omits 'cecus'.
- ⁶⁶ In BL-52359:100r. 'secus viam' is set E.D C.C.
- ⁶⁷ BL-52359:101r. has 'ad eum'.
- ⁶⁸ In 1519:134v. 'jussit' is set F.G; 'quid' is set CDc; 'rés Spice' is set E.CD.D.
- ⁶⁹ 1519:144r.
- ⁷⁰ 1531:86r. has 'ut fáciam'; 1531:86r. omits 'tibi'.
- ⁷¹ 1519:144r.

Notes.

⁷² This antiphon does not appear in 1531 or 1519. It would seem that this antiphon and the next were deleted, seeing that the Office of the Virgin would take their places.

⁷³ This antiphon does not appear in 1531 or 1519. In AS:148. 'crucifigendum' is set G.E.FE.D.D. BL-52359:101v. has 'ad crucifigendum'.

⁷⁴ 1519:144r.

⁷⁵ 1519:144r. indicates tone VIII.i. In 1519:144r. 'Deo' is set G.G.